

De Translat. Episc.



populo. Host. dicit, q̄ omnis potestas fuit ex Deo, vt paret ad Rom. 13. ex quo large potestas Principis a Deo est. Nos communiter tenemus, q̄ habitum potestatis vtriusq; habet Papa, & hoc habuit a Deo. Exercitium autem potestatis, olim habuit a populo Romano, hodie habet a Papa. Et p̄pterea assigno causam, quare valet statutum contra legem, imperii a laicis factū, quia in trāslatione potestatis in Principem populus sibi retinuit potestatem legis particularis condendæ, vt l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. sed ecclesia sicut inferiores recognoscunt potestatem statuendi a Papa, quia Papa ab eis non recipit, sed a Deo. Ideo contra ipsum non faciunt legem vel statutum, infra de ma. & obe. c. quod super his: de quo de offic. Archiepiscop. c. si. Tertio qua rit glo. de spectantibus ad Papam, & ponit vericulos. vide istā glo. in c. quod translationem, de off. leg. de excep. præla. c. sicut vnire 12. dist. c. 2. Quarto quæro, an Episcopus a propria sede expulsus possit cedere, & transire ad aliam, si eligatur propria autoritate? dic, q̄ non alleg. infra titu. 2. ca. nisi cum pridem, ad hoc 7. q. i. c. pastoralis. Venio ad secundā, partem opp. primo q̄ non potuerit hic Archiepiscopus confirmare eo non confirmato, quia nondum receperat palliū. non habebat ergo quæ sunt Pontificalis officii, & sic nō poterat confirmare, sed quæ iurisdictionis exercere, supra de elec. c. quod sicut, infra de auth. & vsu pal. ca. nisi. Sol. gl. i. q̄ Archiepiscopus electus possit confirmare, sicut decret. suffraganeis, supra de elec. vbi Archiepiscopus non consecratus dat licentiam aliis confirmandi. In contrarium sunt iura allegata, supra. Sunt opi. quidam tenēt, q̄ non possit Archiepiscopus confirmare. ad hanc decre. respondent, q̄ de facto fecit, q̄ tales tenent, q̄ hoc casu Papa habebit facere. 100. dist. c. quoniam, infra de concess. præb. c. quia diuersitatem. Ad decre. suffraganeis. respondent, videlicet, q̄ non tenetur illa opi. vel dicunt, q̄ si non est in mora, potest, si est in mora, non potest. Alii q̄ hoc facient comprouinciales, Episcopi 64. dist. ca. quia per ambitiones, cum si. glo. eligit q̄ possit Archiepiscopus confirmare. vnde ad contraria respondet q̄ quædam sunt que sunt Episcopalis potestatis ordinem respicientia, & talia non potest Archiepiscopus ante palliū, vt in contrario. Quæda sunt iurisdictionis, & talia potest ex sola confirmatione, vt hic probatur, quia c. vacante sede. potest hic confirmare, quod est iurisdictionis, forius ergo debet posse Archiepiscopus confirmatus. Secundo, quia ex confirmatione. consequitur potestatem conferendi beneficia, supra de elec. c. nosli. Igitur eadem ratione potest confirmare. Hæc gl. attingit plura quandoque dubitat, an Archiepiscopus confirmatus non consecratus possit se confirmare, & breuiter tenendum est q̄ sic, quia potest iurisdictionalia exercere. b quandoque est dubium an possit consecrare, & tene q̄ non potest ante palliū, vt in c. quod sicut. quandoque dubitatur, an possit iurisdictionem exercere, & dic q̄ sic regulariter, nisi causa sit de arduis, quia illa referuaretur post consecrationē & pallii traditionē, sup. de elec. c. transmissam, ad si. & de ele. ca. quod sicut. dicunt hic Doct. & fuit dictum Goss. q̄ confirmatus de causa criminali cognoscere non potest, nisi cum veniat incidenter, vt quādo præsentatur canonicus, vel præficiendus ecclesiæ & obicitur ei crimen, argu. 23. dist. ca. illud. nec ob. 50. dist. ca. studeat. quia ibi cognoscit de mandato Papæ. † Quādoque dubitatur, an possit mandare consecrari, & de hoc est dubium q̄ possit. videtur tex. supra de elec. c. suffraganeis. quod non possit, facit ratio, quia nemo dat, quod non habet. i. q. 7. ca. Daibertum. ca. quod autem, infra de iurepat. veritas est q̄ potest. Ad contrarium dic, q̄ quis non potest facere per se, non potest alteri dare, quasi dare sit in alterum potestatem imprimere, & sic alteri nō habenti potestatem committere non potest, quia non potest dare quod nō habet, sed quod non habet in se, potest per alium operari habentem, quando committens non agit dare potestatem, nec exercere valens caular potestatem, a dante, sed a se habet habitum, licet aperturam exercitii non habeat, & expectet a committente, quando enim est dare exercitium, pendet ex potestate dantis, sicut est dare licentiam, quod iurisdictionis est, vt d. cap. suffraganeis. sic videmus quod Episcopus confirmatus tantum non potest ordinare, ergo non potest committere, non est bona illatio, quia instantiam, habens in Abbatibus exemptis, & sufficit dare instantiam. i. quæstio. 7. i. capi. sicut vrgeri. † Quæro Archiepiscopus ex causa cessit, an poterit sibi de Episcopatu vacante prouideri? Qui-

dam dicunt quod non, quia non licet descendere, 93. dist. in 3. capi. legimus. in fin. ad hoc hic. Item quia potest dari via ambitioni, vt habens tenues, redditus in Archiepiscopatu hoc faceret, vt haberet Episcopatum pinguem. Concludit quod poterit promoueri. nec obsta. quod dicatur descendere, quia hoc falsum, attento tempore quo promouetur, secundum quod tempus nullum habet Episcopatum, de ord. ab episcop. cap. 1. Item quia in prouisione talis non attenditur descensus, sed prouisio. vnde prouidetur ei, de Ecclesia parochiali, infra titu. 2. capit. ad supplicationem. de quo dic, vt ibi. fortius ergo de Episcopatu. 7. quæstio. i. cap. pastoralis. non obst. quod hoc possit in fraudem fieri, quia Papa ad quem solum spectat, prouidebit: tamen qui allegat fraudem, probat. Venio ad vlti. partem, & quæro, quis confirmabit illo casu, suspensio illo a potestate confirmandi? dic secundum Vincent. & Aegid. quod confirmabit Papa, non capitulum, de concess. præben. c. quia diuersitatem. & quod pro expensis agere possint contra, istum, cuius culpa faciunt expensas, si habet proprium alias, non infra de iura. calum. c. in pertractandis. 16. q. 6. c. illud. 100. dist. in c. quoniam quidam. Anto.

ADDITIONES.

- a Potestatem. Videtur tamen q̄ populus transferit omnem potestatem, quam habebat per text. in l. ff. de const. p. i. no. Bar. & Bald. in l. si. C. de leg. contrarium tamen tenet Bar. in l. non ambigitur, ff. de leg.
- b Exercere. Cap. is cui, & ibi Archid. Per. de Ancha. Do. & Phil. Franc. de elect. lib. 6. Ancha. in ele. Archiepiscopo, de priuil. iste in cap. j. vt lit. pend. & in ca. accedentibus, de priuil. Bar. Bal. & Ang. in la. o. tempore, ff. de test. mil. Oiaira. consi. 191. & Ro. consi. 335. col. 5. ver. quo ad vltimum.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus electus, & confirmatus potest per solum Papam transferri. 15.
- 2 Papa, q̄ non possit matrimonium iam contractum dissoluere, colligitur tacite hic. 5. 12. 14.
- 3 Ordines sacri possunt per solum Episcopum conferri, non tamen tolli. 4.
- 4 Cuius est ligare, illius est soluere, non semper ista regula est vera.
- 5 Argumentum a minori validum est in iure.
- 6 Episcopus, vel Archiepiscopus non potest deponi ab inferiore a Papa.
- 7 Gesta per vicarium, consentur gesta per illum cuius vicem gerit.
- 8 Ordines sacri conferuntur per solum Episcopum, intellige remotis aliis Episcopis non tamen remoto consensu capituli.
- 9 Episcopus solum potest suspendere, & suspensum restituere, non autem deponere, vel contra depositionem dispensare.
- 10 Archiepiscopus debet consecrare adiunctis sibi duobus Episcopis.
- 11 Episcopus potest puniri ab Archiepiscopo, non tamen deponi.
- 13 Spiritualia facilius contrahuntur, quam dissoluantur, ista regula de qua in isto tex. an sit semper vera.
- 16 Episcopus potest esse, quis Nullatenensis, id est sine aliqua administratione.
- 17 Distio, imo, stat correctiue, aut declaratiue.
- 18 Argumentum de similibus ad similia valet, quando est omnimoda similitudo, alias non.
- 19 Communis vsus loquendi habet locum in omnibus dispositionibus: Prouerbia possunt allegari in causis.
- 20 Prohibita censentur omnia illa, quæ non reperiuntur concessa in regula prohibitoria. 21. & contra.
- 22 Papa non licet dicere, cur ita facis.

C A P. I I.

Inter corporalia. † Electos Episcopos & confirmatos transferre potest solus Papa. h. d. Diuidebat Petrus hanc Decree. in septem partes. Tu diuide in duas. In prima exordium. In secunda facti narratio, ibi: Sane, & infra & prima subdiuitur in tres. Prima, probat coniugium spirituale dissolui non posse, nisi per papam. Secunda, ibi: Sicut autem, probat vinculum spiritualis coniugii esse inter electum & confirmatum, licet consecratus non sit, & eius ecclesiam. Tertia ibi: Sed neque, soluit cuiusdam canonis contrarietate. Casus literalis. Vacante Ecclesia Andegauen. ad eam fuit postulatus quidam Eps Abricen. seu electus, qui erat confirmatus, sed nō electus consecratus. Archiepiscopus Turon. trāstulit dictum Abri cen. electum ad Ecclesiam Andegauē. & eum confirmauit, & consecrauit secundum formā consecrandi, prius data licentia transeundi eo absoluto, a priori Ecclesia per quendam Archiepiscopum Rhotomagen. qui habebat Ecclesiam Panor. super secunda primi. C 4 Abri-